

*Epitoma & versus memoriales*

**DISTINCT. V. QVAE INCIPIT.**  
Præterea inquiri &c. epit.

In incarnationis mysterio nec persona assumptis personam, sed persona diuina naturam scilicet humanam. An autem diuina natura humana natura assumptis, uidetur esse in auctoribus contrarietas. Cöcilium namque Toletanum dicit quod solus filius carne, seu naturam assumptis humanam. Auctoritates autem quædam aliter dicere videntur, naturam diuinam assumptis naturam humanam tenendum tamen est, personam diuinam naturam assumptis humanam. Vnde ille auctoritates capiendæ sunt, quod diuina natura humanæ naturæ in persona filij fit unita. & secundum hunc intellectum diuina natura dicitur incarnata scilicet in filij persona. Vnde, & cum dicitur solum filium carnem assumptis, natura quidem non excluditur, sed incarnationem ad personam aut patris, aut spiritu sancti terminatam non esse, designatur. Nec tamen hoc dici debet diuina natura caro facta, ne conuersio naturæ in naturam significari putetur. Neque etiam diuina homo facta uel esse dicitur, quia non sic in unitate, & singularitate sui ut persona uerbi humanam assumptis naturam, manet enim singularitate personæ naturarum distincta proprietates. Porro persona hominis uerbum non assumptis, sed assumendo sibi naturam uniuertit, & uniuertio assumptis. sicque personalitatem puenit. Quod uero Augustinus dicit uerbum assumptis hominem, intelligitur per hominem non persona, sed natura. Quod etiam Magister dicit animam separatam esse personam, non tenetur. *Nec credas aliam, quod sumat hypostasis una, Esti naturas continet una duas.*

**DISTINCT. VI. QVAE INCIPIT**  
Ex præmissis autem epitome.

Prouidè loquendum est in expressione eorum, quæ concernunt incarnationem uerbi gratiosissimam. Nam de propositionibus illis, Deus factus est homo Deus est hō, & hō est Deus factus & similibus, atque an per hōc Deus fit aliquid, uel non factus; tres sunt modi dicendi, seu opiniones ad experimentum modum unionis prætaxæ. Quarum prima inter alia effectualiter dicit in Christo duo esse supposita, & unam tantum personam, & hæc est falsa. Secunda, quod in Christo unum est suppositum tantum, persona. Nam corpus, & anima Christi simul tempore unita fuerunt, & assumpta, atque per hoc unum suppositum seu una persona in ipso, in duabus subsistit naturis. Hinc, & propter unionem duplicis ipsius naturæ in uno uerbi supposito, non iam uerbi quæ naturæ, proprietates significat, de Christo prædicari possunt, ita ut uerè dicatur, Deus passus est, ac homo iste est eternus. Ex hoc quoque inferitur, post incarnationem personam uerbi esse compositam, cum prius simplex fuerit, non igitur compositione qua se ex partibus, unde totum refertur; sed quia persona uerbi, quæ ante in unum subsistebat natura, post incarnationem in duabus subsistit, & hæc bene intellecta, habetur uera. Tertia debet dici, uerbum humanam naturam ut habitum, seu indumentum assumptis. Sed hæc hæretica a doctoribus reputatur, & abiectio, quæ tamen magister per locum sicut prima plequit, & id determinatam eadem relinquit. Quod etiam Magister in hac distinctione animam separatam dicit esse personam, ab aliis non tenetur. *Corporis, ac anime, quælibet foret unio Christi, Prætere doctorum non potuere prius.*

**DISTINCT. VII. QVAE INCIPIT,**  
Secundum primam uero dicitur. epit.

Locutiones illæ, de quibus distinctione præcedenti dictum est, secundum tres dicendi modos similiter habitos diuersimode determinant. Nam iuxta primum, Deus factus est hō, & e converso &c. eo, quod Deus substantia rationalis esse cepit, quod non fuerat, & sic factus est aliquid, ac illa substantia cepit esse Deus, quod ex gratia habuit, non ex meritis nec natura. Quod cum ab æterno præuili fuerit, ideo Christus prædestinatus esse filius Dei dicitur. Iuxta secundum uero modum, Deus est hō, & e converso: quia incarnatione ex duabus naturis, & tribus substantiis subsistens esse cepit: ac sic quia humanam assumptis naturam, secundum hanc hō dicitur à Deo assumptis. Vnde, & secundum hunc modum Christus est inquiratur hō, est aliquid, scilicet ex corpore, & anima constituitur. Et secundum quod humana natura unita est deitati in tempore, quod unio ex gratia facta est, & ab æterno à Deo prædestinata, & sic est etiam prædestinatus cognitus. Sed iuxta tertium Deus hō factus dicitur, & e converso: quia Deus hominem accepit, & hō assumptis est à Deo, ita, quod habens hominem, est Deus. Per hoc autem Christus non est aliquid secundum quod hō, sed aliquid non se habens. Secundum quod est hō, prædestinatus dicitur esse filius Dei, eo, quod ab æterno præuili fuerit, & in tempore per gratiam collatum, ut ipse ens hō, sit filius Dei. neque uero Christus dicitur homo dominicus, cum, & Augustinus olim sic locutus, postea hoc retractauit. *Questio multiplici uersus ambage magistræ, Quod parte ex aliqua sectio sexta docet, Quid ueri teneat, dispectis omnibus, isthæc. Septima, demonstrat, satisque superque tibi.*

**DISTINCT. VIII. QVAE INCIPIT,**  
Post prædicta inquiri debet &c. epitom.

Cœcedi non debet nam diuina nata de uirgine, nisi inquiratur persona nata de eadem dicitur. Nam inquiratur natura fiat per essentiam, nec de uirgine, nec de patre nata dici potest. Quo etiam modo supra dictum est diuina natura incarnata non nisi per quatuor in persona incarnata dicitur. Affirmat autem Christus bis natus, seu duas habuisse naturas, diuinam scilicet ex patre, & temporalem, ex matre ob distinctas illarum naturarum proprietates. *In Christo natura Dei ne nata uocetur, Nimodo personam significare uoles.*

**DISTINCT. VIII. QVAE INCIPIT,**  
Præterea inuestigari oportet &c. epitom.

Opinionem quorundam caro, uel anima Christi, seu eius humanitas adoratione illa, quæ latrat dicitur, & diuinitati debet, quod in dilectione cordis, & sacrificiorum exhibitione &c. consistit, non est adoranda, ne idololatria committat. Honoranda autem est Christi humanitas, seu adoranda, dum dulcia excellere, ac super omnem creaturam ueneranda & diligenda. Secundum alios autem sine oiperculo eadem, Christi humanitas latrat recte adoranda, non quod ratione sui sed suppositi in quatuor. scilicet à Deo in unitate suppositi est assumptis. nec ab ea unquam separata. Quæ quod dicitur in uera est & dictis sanctorum in litera confirmata. *Nunquam sacra Dei uerbum caro deserit absens, Obique id culta pari semper honore fuit.*

**DISTINCT. X. QVAE INCIPIT**

Solet etiam a quibusdam inquiri &c. epitom.  
Non est concedendum Christum secundum quod homo, esse personam. alioque uerbum non naturam, sed personam assumptis.